Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

comestio in maturorum pomorum. Poma autem
dulcia saporosa et aromatica ardori et
debilitati stomachi conferunt: vomitum
retinet: et appetitum inducunt et si du-
ra et plene matura non sunt: decoctione
indigent: et maxime si tales pomorum
species requirit. Et melior coquendi modus
est super primas assare eorum semine ab-
stracto et zucchereo aut melle impleri
secundum comedentis complexionem.
Et si poma essent magna findantur
cum gladio per medium in duas partes
et cum pincta gladij fiat fissura cir-
cum circa inter corticem et pulpam pomi
et impleatur zucchereo et extracto se-
mine et ponatur super primas cortices
versus ignem voluendo. Et tali quide
pomorum decoctione digestibilia et lapi-
dosa atque saporosa fiunt: sitim extin-
guunt: et ardorem calore reprimunt:
et stomachum confortant et post cibum
comedi possunt: et prope si cum amiso
confecto aut coriandro comedantur.

Pastinaca apud arabes bauria de-
diuarum est species: alba silvestris seu